

DEI MATRI VIRGINI
MAGNÆ,
SEMPER AUGUSTÆ,
SUO VIVÆ
VOCIS ORACULO
POLONIARUM
REGINÆ.

Sc, & quidquid suum est, Auctor.



AM cui alteri *TUA* nisi *TI-*
BI? Impalluit quidem ad
tanti Patroconii ambitionem
pagina, & veluti Majestatis
rea, ipso se atramento con-
demnavit. Ignoscas *TU* ta-
men, si nihil humilitate mea
deterritus, in *TUUM*, tanta Majestatis no-
men irrumpe. Scis qua servorum sunt, ad Do-
minum pertinere omnia. Cum Mancipium me
TUUM profitear; furtum me facere puta-
rem; si quidquam meum non ad *TE* destina-
rem. Quod si Auroram Musis amicam non im-
merito orbis in *TE* adorat universus: an ego
Tyrocinium calami mei non apud *TE* depene-
rem? hanc vocis seu infantiam, seu balbu-
tiam, non in *TUO* nomine consumerem? Jam
verò in Polonico Parnasso natam Poësim, *TU*

etiam prior TUAM esse voluisti, cum REGINAM POLONIÆ TUA TE ipſus voce initiasti. Age Polonia. communem cum cœlis Reginam habes. Ejas auspiciis ereclior, facile contempseris hostilem Lunam, quam illa jam ad pedes dejecit. Ne in plenum orbem reductis cornibus coeat; non tu tantum manu ac ferro; sed illa etiam sui objectu prohibebit.

Ad Augustos igitur pedes TUOS, O POLONIÆ REGINÆ carmina mea unâ mecum supplex depono. Satis intelligo quam vile pavimentum illis subjiciam; cum digni sint quibus se astra calcanda substernant: sed & illud memini, non insolitum esse TIBI, super Aspidem & Basiliscum ambulare; si non dignatione, ut in servos Domina, certè per justam in subactos contumeliam, ut monstrorum Domitrici. At ego mihi hanc à TE contumeliam magis omnibus honoribus ambiendam puto. Quo nomine id factura sis, TU pro TUA potestate decernes: ego id tantum peto, ne me ab istis TUIS pedibus rejicias.

Majestatis TUÆ

Æternùm is, quem esse voles

ALBERTUS INES
SOC. JESU.

PRO-

PRO OE
AD
LECTO
HUMANISSIM
Vnum zodiac
vbi placitum
nimium tim
hoc optimerum ing
parcos vidimus, qu
lorium NISI lim
judicia: na pleriq
riam Laurum v
finus; quod
distorum ingen
himicupi ut pau
ille, quem subit
do effuderam, ve
datione veritatis
Nullus penè
Primitie hæc
Porro quis à florib
maturitatem, plu
enigat? si alia dec
bio, zatis veniam
inculos aliaz, pleb
nulli non grata no
let; ut Tuis primo
* lib. 12. Infr.